



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

4. Junij. Pridie Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

4. Junij. Pridie Nonas.

*Obiit**Circa**annum**1151.**Pallio**uitur**prona-**ri.**Obedi-**entia.**Floruit**anno**1212.*

B. HILAR I Converse monasterij de Morerola: qui non ignarus, quām grata sit D E O humilis & prompta obedientia, ad illius amissim omnes actiones dirigebas. Audieras aliquando inter agri labores signum campanæ, te ad claustrum vocantis: ad quod pro more properanti se objecit fluvius Ezla, tunc fortè profundiore præterslitum alveo undas agens: nec cymba aderat, quæ te in campos egressum antè transportaverat. Cùm tu non multum hæsitans: *Quisquis es, ajs, qui hanc obedientiæ sanctæ remoram opponis, nihil agis: obedientia mihi navis erit, remus, ac remex: injectoque in aquas pallio infestens, ac signo Crucis te muniens, momento ulteriore ripam tenuisti. Ma-* re est mundus, infidum, & quotidianis naufragijs infame. *Quod ut securus enavigem, exemplo tuo instruor, ne me alijs velis remisque committam, quām sacre Obedientiæ.*

B. MARGARITA, Henrici Ducis Brabantiae filia. Commendabat juvenilem ætatem tuam, quidquid felicitatis in liberis parentum vota desiderant

derant. Nam sub formæ venustissima specie, latebat prudentia, qualem vel in senibus admiramus. Quæ nobilissimæ tam naturæ, quam Gratiae dotes, Procos cùm per omnes Principum aulas celesternit, brarentur, summæ fortis procos spe nuptiarum accenderat. Sed horum omnium expectationem una dies præcedit, quâ nempe in monasterio Vallis Ducis (quod pius parens ex voto condiderat) Virginem Cisterciensem solenniter. & monasterium per ritu professa, cuinam Sponso cestum devoveris, admiranti Brabantiae ostendisti. In Abbatissam successu annorum electa, veluti calcatos olim honores invita admisisti; ita quâ sancte præfueris, vetusta monumenta, Officio Ecclesiastico cultam te fuisse referentia testantur. Æquavisti generositatem stemmatis magnitudine operum: quorum pretium propè unicum est, Intentio: quâ tu, cùm toti mundo posses, uni Deo placere voluisti. Hanc in corde meo dirigendam tibi assume: &, si vitiosa sit, ad scopum suum, qui extra Deum nullus sit, reducas.

S. BERNARDUS, ser. 40. in Cant.

Ergo solum inquirere Deum, propter ipsum solum, hoc planè est, utramq; ma Ingeminatæ Intentionis faciem habere tentio? Quæ sit rectissima pulcher-

428 ANNI CISTERCIENS.

pulcherrimam: atq; id proprium, ac  
speciale sponsæ; cui meritò singulari  
prærogativa audire conveniat: Pul-  
chræ sunt genæ tuæ, sicut tur-  
turis. [Cantic. I.]

## OBITUARIA

5. Junij. Nonis.

*Passi*  
*anno*  
**1536.**

*Victo-*  
*ria de*  
*hoste.*

*Obiit*  
*anno*  
**1170.**

B. GUILIELME, Abbas monaste-  
rij Fontanensis: qui unà cum Ab-  
te Riverensi Anglicani furoris, simûl-  
fue coeli victima, in quatuor partes  
discerptus es; ut nempe plura ex vul-  
nerum augmento erigeres de trium-  
phata tyrannide trophæa. Premor ab  
hoste, non ex Anglia, sed ab Angelica di-  
gnitate detruso. Vos mihi assistite, ut vin-  
cam vestris meritis, quem vos glorioſo san-  
guine triumphastis.

B. BONIFACI: qui triplicem te-  
venerandi titulum mihi offers. Pri-  
mum, quod inter primos BERNARDI  
alumnos ex Claravalle, id est, ex schola  
sanctitatis prodieris. Inde quod ab eo-  
dem in Brabantiam missus, Villarij of-  
ficio Prioris eâ viiæ puritate, & pru-  
dentiâ perfunctus fueris, quæ testaba-  
tur, quanta sit BERNARDI in for-  
mandis